

COLLECTIO
SCRIPTORVM CLASSICORVM ET ROMANORVM.

TRADITIONES

M. TERENTIVS VARRO

SATVRARCVI MNNIPPEARVM
FRAGMENTA

EDIDIT

BLASTBURY



Sächsische

60 8°

750

Landesbibl.

DEUTSCHE GESELLSCHAFT FÜR ALTGRIECHISCHE LITERATUR

1897

AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN DER DDR
ZENTRALINSTITUT
FÜR ALTE GESCHICHTE UND ARCHÄOLOGIE

BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA



BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT
1985

M. TERENTII VARRONIS
SATVRARVM MENIPPEARVM
FRAGMENTA

EDIDIT

RAYMOND ASTBURY



BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT
1985

[Varro, Marcus Terentius]

Bibliotheca

scriptorum Graecorum et Romanorum

Teubneriana

ISSN 0233-1160

Redactor: Günther Christian Hansen

Redactor dieses Bandes: Günther Christian Hansen



© BSB B.G. Teubner Verlagsgesellschaft, Leipzig, 1985

1. Auflage

VLN 294/375/3/85 · LSV 0886

Lektor: Dr. phil. Elisabeth Schuhmann

Printed in the German Democratic Republic

Gesamtherstellung: INTERDRUCK Graphischer Großbetrieb Leipzig,

Betrieb der ausgezeichneten Qualitätsarbeit, III/18/97

Bestell-Nr. 666 245 6

05400

ABORIGINES

περὶ ἀνθρώπων φύσεως

- 1 ita sublimis speribus
iactato homines, ac uolitantis altos nitens trudito
2 grundit tepido lacte satur mola mactatus
porcus
3 mugit bouis, ouis balat, equi hinniunt, gallina
pipat
4 itaque breui tempore magna pars in desiderium puparum et sigillorum
ueniebat
5 sed neque uetulus canterius quam nouellus melior nec canitudini comes
virtus

AGATHO

- 6 neque auro aut genere aut multiplici scientia
sufflatus quaerit Socratis uestigia

M. TERENTIVS VARRO

- 7 numnam celatus in manu dextra scyphus,
caelo dolitus, artem ostentat Mentoris?
8 quid tristiorum uideo te esse quam antidhac,
Lampadio? numquid familiaris filius
amat, nec spes est auxili argentaria,
ideoque scapulae metuunt uirgidemiam?
9 haec postquam dixit, cedit citus celsus tolutim
- 10 pueri obsceneis uerbis nouae nuptulae aures returant
11 uirgo de conuiuio abducatur ideo quod maiores nostri uirginis acerbae
auris ueneriis uocabulis inbui noluerunt
12 et pueri in aedibus saepius pedibus offensant, dum [recentes] musteos in
carnario fluitare suspiciunt

- 13 quid multa? factus sum uespertilio; neque in muribus plane neque in uolucribus sum
14 Duloreste, qui †merita hominem † et ⟨se⟩ seruum facit

AGE MODO

- 15 Argo citiremem
16 Aenea

17 terra culturae causa attributa olim particulatim hominibus, ut Etruria
Tuscis, Samnium Sabellis

AIAX STRAMENTICIVS

18 acre aeger medicos exquisitum conuocabas, ut conualesceres

M. TERENTIVS VARRO

ΑΛΛΟΣ ΟΥΤΟΣ ΗΡΑΚΛΗΣ

- 19 grauidaque mater peperit Ioui puellum
20 *Salios autem Herculi ubertate doctrinae altioris adsignat (Vergilius), quia is deus et apud pontifices idem qui et Mars habetur. et sane ita Menippaea Varronis adfirmat quae inscribitur ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς, in qua, cum de Inuicto Hercule loqueretur, eundem esse ac Martem probauit*

ΑΛΛΑ' ΟΥ ΜΕΝΕΙ ΣΕ
περὶ φιλαργυρίας

- 21 quem secuntur cum rutundis uelitis leues parmis,
antesignani quadratis multis signibus tecti
22 etenim quibus seges praebeat domum, escam, potionem, quid desideremus?

SATVRARVM MENIPPEARVM FR. 19–30

quaero, te utrum hoc adduxerit caeli temperatura an terrae bonitas 23
nos barbari quod innocentes in gabalum suffigimus homines; uos non 24
barbari qui noxios obicitis bestiis

ANDABATAE

anima ut conclusa in uesica, quando est arte ligata, si pertuderis, aera 25
reddet

candidum lacte <e> papilla cum fluit, signum putant 26
partuis quod hic sequatur mulierem e partu liquor
nec manus uisco tenaci tinixerant uiri castas 27
mortales multi rursus ac prorsus meant 28
edepol, idem caecus, non lusciosus est 29
non mirum si caecutis; aurum enim non minus praestringit oculos quam 30
ο πολὺς ἄκρατος

M. TERENTIVS VARRO

31 sed quiduis potius homo quam caruncula nostra
32 in reliquo corpore ab hoc fonte diffusast anima; hinc animus ad intelle-
gentiam tributus
33 idque alterum appellamus a calendo calorem, alterum a feroore febrim
34 et me Iuppiter Olympiae, Minerua Athenis suis mystagogis uindicassent
35 sed quod haec loca aliquid genunt

ΑΝΘΡΩΠΟΠΟΛΙΣ

περὶ γενεθλιακῆς

36 non fit thensauris, non auro pectus solutum;
non demunt animis curas ac religiones
Persarum montes, non atria diuitis Crassi

SATVRARVM MENIPPEARVM FR. 31-43

- 37 uulgoque auarus fenerator spe lucri
rem scriptione duplicarat
38 dotis dato insulam Chrysam, agrum Caecubum, Seplasia
Capuae, macellum Romuli
- 39 et hymenaeus qui primo lauere aluum marsupio solet
40 non modo uinum dare, sed etiam, ut Plautus ait, 'murrinam, passum,
defrutum'
41 nam in omnibus legi *καθ' ὑπερβατόν* 'ne dares, ne polliceres quod datum
est'

ARMORVM IVDICIVM

- 42 ut in litore cancri digitis primoribus stare
43 illic uiros hortari ut rixarent praeclari philosophi

M. TERENTIVS VARRO

BAIAE

44 quod non solum innubae fiunt communis, set etiam ueteres repuerascunt
et multi pueri puellascunt

BIMARCVS

- 45 *τρόπων τρόπονς* qui non modo ignorasse me
clamat, sed omnino omnis heroas negat
nescisse
- 46 quod utrum sit magnum an paruum, facile an difficul
47 ipsum propter uix liberti semiatrati exequiantur
48 †ipse fistis† dicite labda, et uiuos contemnите uiui;
anticipate atque addite calcar, stultos contemnите docti
49 nautae remiuagam mouent celocem
50 ut leuis tippula lymphon frigidos transit lacus

- 51 scena quem senem Latina uidit derisissimum
52 cum nouissime mutitaret, quantum sumptifecerit
53 magna uti tremescat Roma et magnae mandonum gulæ
54 et pater diuum trisulcum fulmen igni feruido actum
 mittat in tholum macelli
55 chortis cocorum atque hamiotarum aucupumque
56 tunc repente caelitum altum tonitribus templum tonescit
57 ne me pedatus . . . uersuum tardor
 refrenet † tarte cum † rythmon certum

- 58 mihique †diuidum stilo nostro † papyri inpleui scapos [capitio] nouo
partu poetico
- 59 cum Quintipor Clodius tot comoedias sine ulla fecerit Musa, ego unum
libellum non 'edolem', ut ait Ennius
- 60 ebrius es, Marce; Odyssian enim Homeri ruminari incipis, cum $\pi\epsilon\varrho\grave{\imath}$
 $\tau\varrho\sigma\pi\omega\tau$ scripturum te Seio receperis
- 61 ideo fuga hostium Graece uocatur $\tau\varrho\sigma\pi\eta\acute{\imath}$, hinc spolia capta, fixa in
stipitibus, appellantur tropea
- 62 $\kappa\alpha\tau\acute{\alpha}\chi\rho\eta\sigma\iota\varsigma$ est enim uera cum in candelabro pendet strigile
- 63 aui et ataui nostri, cum alium ac cepe eorum uerba olerent, tamen
optume animati erant

- 64 sociis es <hostis>, hostibus socius; bellum ita geris, ut bella omnia domum
auferas
- 65 in inuidiam ueniant in hoc ipso rapinatores
- 66 non te pudet, Mani, cum domi tuae uides commilitonum tuorum cohortis
seruis tuis ministrare caementa?
- 67 nos ergo nihil egimus, quod legem Liciniam luci claro latam *σκότω*
uitant
- 68 Vulcanum aequum nouae lagoenae ollarum figulator precatur
- 69 ut nouum cribrum nouo paxillo pendeat
- 70 non Hercules potest, qui Augeae egessit *κόποον*

M. TERENTIVS VARRO

CAPRINVM PROELIVM

περὶ ἡδονῆς

71 unam uirtutem propriam mortalibus fecit;
cetera promisque uoluit communia habere

72 ne uobis censem, si ad me referetis

73 non posse se amplius; perferre tamen suadet, † ut notat

CATAMITVS

74 scabere

CAVE CANEM

75 ubi riuus praecepitatem in nemore deorsum
rapitur atque offensus aliquo a scopulo lapidoso albicatur

SATVRARVM MENIPPEARVM FR. 71-79

COLVMNAE HERCVLIS

περὶ δόξης

76 itaque eas inceraui <et conscribillaui> Herculis athlis

CRAS CREDO, HODIE NIHIL

77 atque ut igni feruido medullitus
aqloniam intus eruat frigedinem
78 quibus instabilis animus ardens mutatiliter auet habere et
non habere fastidiliter inconstanti pectore

CYCNVS

περὶ ταφῆς

79 tua templa ad alta †fani† properans citus itere

M. TERENTIVS VARRO

80 denique si uestimenta ei opus sunt, quae fers, cur conscindis? si non
opus sunt, cur fers?

81 quare Heraclides Ponticos plus sapit, qui praecepit ut comburerent,
quam Democritus, qui ut in melle seruarent. quem si uulgus secutus
esset, peream si centum denariis calicem mulsi emere possemus

CYNICVS

82 si me hercule pergunt et deorum cura non satisfacitur rei publicae

DE OFFICIO MARITI

83 uitium uxoris aut tollendum aut ferendum est. qui tollit uitium, uxorem
commodiorem praestat; qui fert, sese meliorem facit

DE SALVTE

84 *Varro autem in satura quae scribitur de salute ait mundum haud natum
esse neque mori*

DESVLTORIVS

περὶ τοῦ γράφειν

85 alius domini delicias phaselon, aptum
 tonsillae litore in †ouilem † fictae, soluit
86 feruere piratis uastarique omnia circum

M. TERENTIVS VARRO

D E V I C T I

περὶ φιλονικίας

87 properate uiuere, puerae, qua sinit aetatula
ludere, esse, [amare] et Veneris tenere bigas

88 quis rutundam facere cetram nequeat?

89 dicat pugil: 'spectatores, qui miserum putatis uinci, quaero a uobis, si
aduersarius supercilia mi cestis descobinarit, numquis uestrum sua mihi
est daturus?'

90 libet me epigrammatia facere et, quoniam nomina non memini, quod in
solum mihi uenerit ponam

ΔΙΣ ΠΑΙΔΕΣ ΟΙ ΓΕΡΟΝΤΕΣ

91 purum putum

D O L I V M A V T S E R I A

92 mundus domus est maxima homulli
quam quinque altitonae †fragmine† zonae

cingunt, per quam limbus pictus
bis sex signis stellumicantibus
altus in obliquo aethere Lunae
bigas acceptat

E C D E M E T I C V S

93 quadriga

EKATOMBH

περὶ θυσιῶν

94 pater ut cruore laueret ararum aggeres
95 at regis ensis sanguine inbutus nigro

M. TERENTIVS VARRO

- 96 Ludon fluens sub Sardibus flumen tulit
aurum, later quod conquadrauit regius
97 ubi illa phalera gemmea atque ephippia
et arma margarito candicantia
98 mea igitur hecatombe pura ac puta
- 99 Socrates cum in uinculis publicis esset et iam bibisset *κώνειον*, in exedio
uitae
- 100 habes qui et cuius rei causa fecerim hecatomben. in quo ego, ut puto,
quoniam est luere soluere, lutaui

ENDYMIONES

- 101 ut Mercurium Arcadon colonum

102 discubimus mussati; dominus maturo ouo cenam committit

103 dum sermone cenulam uariamus,

interea tonuit bene tempestate serena

104 diuitum amphoras Chias ad communem reuocat matellam

105 animum mitto speculatum tota urbe ut quid facerent homines cum ex-
perrecti sint me faceret certiorem; si quis melius operam sumeret, ut
eius consilio potius uigilium amminicularem nostrum; † qui uidet alium
curuantem extrema noctis temporis

106 qui si, ut uigilare mature coepisti, in eo retinueris

M. TERENTIVS VARRO

107 quare si in somnum reccideris et *οὐδέποτε* eris iterum exper-
rectus

108 sic ad uos citius opinione uertilabundus miser decidi

EPITAPHIONES

περὶ τάφων

109 donec foras nos intus euallauerunt

110 pleni libri, inquam, ubi maneant epitaphia eorum, quorum in sepulcris
nec uola nec uestigium exstat

EST MODVS MATVLAE

περὶ μέθης

111 uino nihil iucundius quisquam bibit;

hoc aegritudinem ad medendam inuenerunt,
hoc hilaritatis dulce seminarium,
hoc continet coagulum conuiuia

112 Ismenias hic Thebogenes fluit scaturrex

113 quis in omni uita helluo *πιλὼν δέπας* olfacit temetum?

114 dolia atque apothecas, tricliniaris † melicas †, Calenas obbas et Cumanos
calices

115 non uides ipsos deos, si quando uolunt gustare uinum, derepere ad
hominum fana, et temetum ipsi illi Libero simpvio ministrari?

116 cupas uinarias sirpare noli. adde cyathum uini in uxorculae pocillum

M. TERENTIVS VARRO

EVMENIDES

- 117 sed nos simul atque in summam speculam uenimus
uidemus populum Furiis instinctum tribus
diuersum ferri, exterritum formidine
- 118 neque furentem eculeum †damaerianum † insanus equiso ex †hibebis †
morbi fluctibus educet umquam
- 119 nam quae uenustas hic adest gallantibus!
quae casta uestis! aetas quae adulescentium!
quae teneris species!
- 120 partim uenusta muliebri ornati stola

- 121 aurorat ostrinum hic indutus supparum,
coronam ex auro et gemmis fulgentem gerit,
luce locum afficiens
- 122 postremo nemo aegrotus quicquam somniat
tam infandum, quod non quis dicat philosophus
123 tertia Poenarum
Infamia stans nixa in uulgi
pectore, flutanti intonsa coma,
sordida uestitu, ore seuero
124 propter percrepis
uocibus uolitans aureis uulgi
125 Ajax tum credit ferro se caedere Vlixem,
cum bacchans siluam caedit porcosque trucidat

M. TERENTIVS VARRO

126

denique qui sit auarus
sanus? cui si stet terrai traditus orbis,
furando tamen, a morbo stimulatus eodem,
ex sese ipse aliquid quaerat cogatque peculi
127 quid dubitatis utrum nunc sitis cercopitheci
an colubrae an uoluae [an] de Albuci subus Athenis?
128 hospes, quid miras auro curare Serapim?
quid? quasi non curet tanti idem Aristoteles

129 aut ambos mira aut noli mirare de me de eodem

130

ut Naides undicolae

131

Phrygios per ossa cornus liquida canit anima

- 132 tibi tympanon inanis sonitus matris deum
tonimus . . . tibi nos, tibi nunc semiuiri
teretem comam uolantem iactant tibi galli
133 apage in dierectum a domo nostra istam insanitatem
134 quin mihi caperratam tuam frontem, Strobile, omittis
135 nunc corius ulmum tuus depauit. pergis? heia!
136 contra cum psalte Pisia et cum Flora lurcare ac strepis
137 tu non insanis, quod tibi uino corpus corrumpis mero?
138 in somnis uenit, iubet me cepam esse et sisymbrium

- 139 simul ac languido
corpori solis calidior uisa est aura
140 probitatem ac pudorem gallum coepit mihi truideri
141 et ecce de inprouiso ad nos accedit cana Veritas,
Attices philosophiae alumna
142 cum in eo essem occupatus atque in scola curarer, ut scribit Scantius,
'horno per Dionysia'
143 quod ea die mea erat praebitio, in ianuam 'caue canem' inscribi iubeo
144 et ceteri scolastici saturis auribus scolica dape atque ebriis sophistice
aperantologia [consurgia] consurgimus, iejunis oculis
145 priusquam responderem, foris nescio quis occupat res indicare

- 146 uix uulgus confluit non furiarum, sed puerorum atque ancillarum, qui omnes me bilem atram agitare clamitantis, opinionem mihi insaniae meae confirmant
- 147 forenses decernunt ut Existimatio nomen meum in sanorum numerum referat
- 148 nam ut arquatis et lutea quae non sunt et quae sunt lutea uidentur, sic insanis sani et furiosi uidentur esse insani
- 149 iens domum praeter matris deum aedem exaudio cymbalorum sonitum
- 150 cum illoc uenio, uideo gallorum frequentiam in templo qui, dum †essena † coronam adlatam inponeret aedilis signo deae, eam gallantes uario recinebant studio

M. TERENTIVS VARRO

- 151 ubi uident se cantando ex ara excantare non posse, deripere incipiunt
152 'ego medicina, Serapi, utar!' cottidie precantur. intellego recte scriptum
esse Delphis: *θεῷ ἐπον*
153 nunc de te, inquit, meliusculam spem habeo, qui rem spurcissimam
gustare nolueris
154 ego autem qui essem plenus uini et Veneris
155 stolam calceosque muliebris propter positos capio
156 item tragicci prodeunt cum capite gibbero, cum antiqua lege ad frontem
superficies accedebat
157 quia plus, inquit, merere debet in quo est uirtus
158 primum iste, qui meret sestertios uicenos
159 quod tunc quaestus tricinus erat, nunc est uber; ut quaestus sit magnus

- 160 patella esurienti posita prouocat Neapolitanas piscinas
161 capite aperto esse iubet, ante lucem suscitat, frigore torret, uenatum
eicit, ieunio uellicat
162 ex his atque eius modi institutis ac uita uel ad Herculis athla athletae
facti erant
163 Empedocles natos homines ex terra ait ut blitum
164 ubi dicatur primus Zenon nouam haeresim nouo paxillo suspendisse
165 propter eam porticum situm erat dolium

EYPEN Η ΛΟΠΑΣ ΤΟ ΠΩΜΑ
περὶ γεγαμηκότων

- 166 ita uti soliti eramus Romae in balneis, plodere coepimus et mur-
murari

M. TERENTIVS VARRO

- 167 ego, unus scilicet antiquorum hominum, subductis superciliis dicam:
γαμήσει ὁ νοῦν ἔχων
168 cuius ubi annis multis masculi uestigium inuentum est

*EXΩ ΣΕ
περὶ τύχης*

- 169 aerea tera nitet galea
170 tela dextra uibrant, russae cristae micant
 atque <in> insignibus Martiis torques
 aureae et scuta caelata Hibero graui
 crebra fulgent argento

171 teges pruina ne iacentem sub dio dealbet †algu danti frigore
172 sapiens et bonum ferre potest modice et malum fortiter aut leuiter

EΩΣ ΠΟΤΕ

περὶ ὡρῶν

173 non posse ostrea se Romae praebere et echinos

174 uitae cursum ut cognoscere possem et quae seruitutis et libertatis ab origine ad exodium adductae

FLAXTABVLA

περὶ ἐπαρχιῶν

175 quare, o Marce, pransum ac paratum esse te hoc minume oportet

M. TERENTIVS VARRO

- 176 multi enim, qui limina intrarunt integris oculis, strabones sunt facti;
habet quiddam enim ἐλκυστικὸν prouincialis formonsula uxor
177 nec dolorem ἀδιάφορον esse, quod philosophia conmalaxarem ea πάθη;
neque irato mihi habenas dedi umquam neque cupiditati non inposui
frenos
178 atque si addam, quanti misericordia mea heredibus meis stet, quot
miseros subleuauerim
179 quid? tu non uides in uineis quod tria pala habeant tripales dici?
180 domo exeo, intro, et pedes corrigiis conpedio

ΓΕΡΟΝΤΟΔΙΔΑΣΚΑΛΟΣ

- 181 ergo tum sacrae, religiosae castaeque fuerunt res omnes
182 in quibus Libyssa citrus fasciis cingit fores

- 183 ubi graues pascantur atque alantur pauonum greges
184 uel decem messis ubi una saepiant granaria
185 uineis ubi ampla cella torculum respondeat
186 quotiens priscus homo ac rusticus Romanus inter nundinum barbam
 radebat?
187 nouos maritus tacitulus taxim uxoris soluebat cingillum
188 uehebatur cum uxore uehiculo semel aut bis anno, cum arceram, si non
 uellet, non sterneret
189 non uides apud *Ennium* esse scriptum:
 ‘ter sub armis malim uitam cernere
 quam semel modo parere’?
190 sed simul manibus trahere lanam nec non simul oculis obseruare ollam
 pultis ne aduratur

M. TERENTIVS VARRO

- 191 confluuit mulierum tota Roma; quae noctu fieri initia solita etiam nunc
pinea faxs indicat

192 rapta a nescio quo mulione raptoris ramitis rumpit

193 utrum oculi mihi caecuttiunt? an ego uidi seruos in armis contra dominos?

194 uilico quod nunc satis uix putant, lautum <putabant>

195 Manius Curius consul, <in> Capitolio cum dilectum haberet nec citatus
in tribu ciuis respondisset, uendidit tenebrionem

196 hoc est magnum censorem esse ac non studere multos aerarios facere

197 noctu cultro coquinari se traiecit; nondum enim [mihi] inuecti erant
cultelli empaestati e Bithynia

198 putas eos non citius tricas tellanas quam id extricatueros

ΓΝΩΘΙ ΣΕΑΥΤΟΝ

- 199 ut cremento corpora

SATVRARVM MENIPPEARVM FR. 191-203

- fierent maiora paruo, ut suctu candidi
lactis
200 dein cereali fructu ut sucum
pareret mansum, quo uenarum
sanguine riuos conpleret
201 nihil sunt Musae Polyclis
uestrae, quas aerifice duxit
202 ut sidera caeli
diuum circum terram atque axem
quae uoluuntur motu orbito
203 candens corpore taurus triuiae
lumine lunae

M. TERENTIVS VARRO

204 non uidetis unus ut paruulus Amor ardifeta lampade [arida] agat amantis
aestuantis

205 et rex
et misellus ille pauper amat habetque ignem intus acrem;
hic ephebum mulierauit; hic ad moechada adulescentem
cubiculum pudoris primus polluit

206 non subsilie ac plaudes et ab Arato posces astricam
coronam? quid enim hoc mirius?

207 nonne hominem scribunt esse grandibus superciliis, silonem, quadratum?
[quod Silenus hirsutis superciliis fingeretur]

208 qui sint secundum naturam perfecti homines, ut non modo eos specte-
mus, sed etiam imitemur

209 non animaduertis cetarios, cum uidere uolunt in mari thunnos, escendere
in malum alte, ut penitus per aquam perspiciant pisces?

210 age nunc, contende alterum genus φιλοθέωρον, ne quid ibi uideris melius

HERCVLES SOCRATICVS

- 211 quid? <si> sutrinam facere insciu's,
 nihil, homo, agis
- 212 in omnibus rebus bonis; cottidiano cubo in Sardianis tapetibus; chlamyda
 est purpurea amiculo

HERCVLES TVAM FIDEM

- 213 noctu Hannibal is cum fugaui exercitum
 Tutanus ob tutandum Romae nuncupor;
 hacpropter omnes qui laborant inuocant
214 procella frigida † arte † obruat celocem
215 per maritimas oras uagat
- 216 non Tutilinam, quam ego ipse inuoco, quod meae aures abs te obsidentur

M. TERENTIVS VARRO

IDE M ATTI QVOD TETTI

- 217 quid est? quid latras? quid rabis? quid uis tibi?

GLORIA

περὶ φθόνου

- 218 uosque in theatro, qui uoluptatem auribus
huc aucupatum concucurristis domo,
adeste et a me quae feram cognoscite,
domum ut feratis ex theatro litteras
219 tum denique, omnis cum lucerna combusta est
in lucubrando oliuitasque consumpta est

ΙΠΠΟΚΥΩΝ

- 220 *M. autem Varro in satira Menippea, quae Ιπποκύων inscripta est, equites quosdam dicit 'pedarios' appellatos*
221 Apollonium ideo excuriant quia nihil habebat

KOΣΜΟΤΟΡΥΝΗ

περὶ φθορᾶς κόσμου

- 222 propter cunam capulum positum
nutrix tradit pollictori
 toga tracta est
223 et abolla data est; ad turbam abii
fera militiai munera belli
ut praestarem
224 detis habenas animae leni
dum nos uentus flamine sudo
 suauem ad patriam perducit
225 Africa terribilis; contra concurrere ciuis
ciui atque Aeneae misceri sanguine sanguen

M. TERENTIVS VARRO

- 226 †adque egeus fluctus quam lauit ante aquilo †
saeuuus ubi posuit Neptuni filius urbem
- 227 singulos lectos stratos ubi habuimus, amisimus propter cariem et tineam
228 phrygio, qui puluinar poterat pingere, soliar †deuigebat
- 229 mulieres, aliam cerneret cum stola holoporphyro

CYNODIDASCALICVS

- 230 Varro in *Cynodidascalico phalaecion metrum ionicum trimetrum appellat*

KYNΙΣΤΩΡ

231 eclipsis quando sit, cum luna laboret. et si hoc ridicule credunt, dicant
quid laboret

KYNOPHTΩΡ

232 celerius mater amixit

LEX MAENIA

233 nos, admirantes quod sereno lumine
tonuisset, oculis caeli rimari plagas

234 non hos Pactolus aureas undas agens
eripiet umquam e miseriis

M. TERENTIVS VARRO

235 si qui patriam, maiorem parentem, extinguit, in eo est culpa; quod facit
pro sua parte is qui se eunuchat aut alioqui liberos <non> producit

236 nemo est tam neglegens quin summa diligentia eligat asinum qui suam
saliat equilam

237 exercebam ambulando ut siti capacior
ad cenam ueniret guttur

238 contra lex Maenia est in pietate, ne filii patribus luci claro suggilent
oculos

239 ad biuiram uenio. cum uellem ostendere quid uellem, Metamelos,
Inconstantiae filius, me reprehendit

240 signa tum sacra esse desierunt, posteaquam homines sunt facti <sacri>

241 neque in bona segete nullum est spicum nequam neque in mala non
aliquid bonum

ΛΟΓΟΜΑΧΙΑ

242 haec lanigeras detonderi docuit tunicareque homullum

243 (*Epicurei*) dicunt summum bonum ἡδονήν, sed rerum honestarum; unde Stoici hanc gulæ et corporis libidinem criminantur, <...> τὴν ἀταραξίαν τῆς ψυχῆς, hoc est nihil timere nec cupere summum bonum esse. unde Varro dicit λογομαχίαν inter illos esse

LONGE FVGIT QVI SVOS FVGIT

244 sed uti serat haec legumina arte parua pauca: cicer, eruillam † ac paregia alia spiria ceteris †

245 solus rex, solus rhetor, solus formonsus, fortis, aecus uel ad aedilicium modium, purus putus. si ad hunc charactera Cleanthis conueniet, caue attigeris hominem

MAGNUM TALENTUM

246 detotonderat forcipibus †uitariferis

M. TERENTIVS VARRO

MANIVS

- 247 sternit iuuentus, quam labos mollem facit
248 hic ut quadrato latere stipatae strues
249 harum aedium
summetria confutabat architectones
250 dulcem aquam bibat salubrem et flebile esitet cepe
251 hunc Ceres, cibi ministra, frugibus suis porcet
252 nec sumptibus umquam
legibu' <nec luxu> statues finemque modumque
253 alterum bene acceptum dormire super amphitapo bene molli

- 254 ager derelinqueretur ac periret
 'squale scabreque, inluuie et uastitudine'
255 quod dum administrant, in scrobe fodiendo inueniunt arcam
256 tum ad me ferunt, quod libellionem esse sciebant
257 Autumedo meus, quod aput Plotium rhetorem bubulcitarat, erili dolori
 non defuit
258 funere familiari conmoti auito ac patrito more precabamur
259 Manius mane se suscitat, rostrum sub rostra adfert, populum in forum
 conducit
260 habens antepositam alimoniam, sedens altus alieno sumptu, neque post
 respiciens neque ante prospiciens, sed limus intra limites culinae

M. TERENTIVS VARRO

261 tam eum, ad quem uenient in hospitium, lac humanum fellasse
262 lecto strato matellam, lucernam, ceteras res esui usuique pae se portant
263 haec aduentoribus accedunt: cellae, claves, claustra, carnaria, dolia
264 lex neque innocentis propter simultatem obstrigillat neque nocenti
propter amicitiam ignoscit
265 quocirca oportet bonum ciuem legibus parere, deos colere, in patellam
dare *μικρὸν κρέας*
266 non maledicere, pedem in focum non inponere, sacrificari
267 et, cum corrigia dirupta sonat aridum, reiectum pedem paenula scorteae
pertegere
268 nec natus est nec morietur: uiget, ueget, utpote plurimum

MARCIPOR

269 repente noctis circiter meridie
cum pictus aer feruidis late ignibus
caeli chorean astricen ostenderet

- 270 nubes aquai frigido uelo leues
caeli cauernas aureas obduxerant
aquam uomentes inferam mortalibus
uentique frigido se ab axe eruperant,
phrenetici septentrionum filii,
secum ferentes tegulas, ramos, syrus
at nos caduci naufragi, ut ciconeae
quarum bipinnis fulminis plumas uapor
perussit, alte maesti in terram cecidimus
Propontis unda quam liquenti caerula
natantem perfundit, cape
†delunae† bipinnis ut leuis passerculus
spatale euirauit omnes ueneriuaga pueros

M. TERENTIVS VARRO

- 276 hic in ambiuio nauem conscendimus palustrem, quam nautici equisones
per uiam [quam] ducerent loro
277 quid? qui uident et circumstant, non rident? — credo ridere: hiantis
uideo, ridentis non audio
278 ut eat ac rem publicam administret, quod pulli ientent
279 utri magis sunt pueri? hi pusilli pigri qui expectant nundinas, ut magister
dimittat lusum
280 astrologi non sunt, qui conscribillarunt pingentes caelum?
281 et Diogenes Cynicos, qui ab Alexandro rege iussus optare quid uellet se
facturum

- 282 dein inmittit uirile ueretrum. ut flumen offendit buccam Volumnio
283 altera exorat patrem libram ocellatorum, altera uirum semodium
margaritarum
284 dixe regi Medeam aduectam per aera in reda anguibus
285 Pelian ei permisisse ut se uel uiuum degluberet, dummodo redderet
puellum
286 eodem coniecissem mera miracula nescioqua
287 haec in aeno bis terue tuditulasse

MARCOPO LIS

περὶ ἀρχῆς

- 288 nemini Fortuna currum a carcere intimo missum
labi inoffensum per aequor candidum ad calcem siuit
289 natura humanis omnia sunt paria:
qui pote plus, urget, piscis ut saepe minutos
magnus comest, ut ausi enicat accipiter

M. TERENTIVS VARRO

- 290 sensus portae; uenae hydragogiae; clauaca intestini
291 cui celer δι' ἐνὸς λήμματος λόγος, Antipatri Stoici filius, rutro caput
displanat
292 noctilucam tollo; ad focum fero; inflo; anima reuiuiscit

MELEAGRI

- 293 aut ille, ceruum qui uolatili currens
sparo secutust tragulaue traiecit
294 currere, uigilare, esurire, ecquando haec facere oportet? quam ad finem?
295 quaero, utrum fructuis an delectationis causa? si fructuis, ut uendatis
296 sin autem delectationis causa uenamini, quanto satius est saluis cruribus
in circo spectare quam his descobinatis in silua cursare
297 quid hic uenator non cepit?

- 298 quem idcirco terra non cepit et caelum recepit
299 adde hydram Lernaeam et draconem Hesperidum, quot bestiae fuerunt
inmanes
300 si non malit uir uiracius uxorem habere Atalantam
301 non modo suris apertis, sed paene natibus apertis ambulans
302 cum etiam Thais Menandri tunicam demissam habeat ad talos
303 funus exequiati laute ad sepulchrum antiquo more silicernium confecimus
[id est *περιδειπνον*]. quod pransi discedentes dicimus alias alii ‘uale’

M O D I V S

- 304 sed, o Petrulle, ne meum taxis librum,
si te † pepigat haec modo † scenatilis

M. TERENTIVS VARRO

- 305 si displicebit tam tibi latum mare
 †partis quantum † spungeam deletilem
306 an qui gradu tolutili
 <te>, temerius quam [tute] molliter uectus, cito
 relinquat
307 capitis corona †uaccitis liuei †
 face ut labore flatili uiridis premit
308 quis poculis argenteum chorum intro ibit popino?

- 309 quaero meas lubidinis ad tibias bilinguos
310 tremodiam amphoramque eundem temeti ac farris modum
311 quod tum erant in Graecia coma promissa, rasa barba, pallia trahentes
312 omnes uidemur nobis esse belli, festiui, saperdae cum simus *σαπροί*
313 quam storum quorum uitreeae togae ostentant tunicae clausos
314 sed Cynicis inuolucrum et pallium luteum non est
315 et hoc interest inter Epicurum et ganeones nostros quibus modulus est
uitae culina
316 asse uinum, asse pulmentarium, secundas, quo natura aurigatur, non
necessitudo

M. TERENTIVS VARRO

- 317 putat fore hoc quod nunc comedonibus uenit usu quibus amota uoluptate
cum edunt, dumtaxat gula gaudet
- 318 hanc eandem uoluptatem tacitus taxim consequi lapatio et tisana
possum
- 319 in cubiculo dormire mallem scilicet potus uinum meum cibarium quam
ego dominus cubarem
- 320 quid aliud est quod Delphice canat columna litteris
suis ḏγαν μηθέν, iubens nos facere ad mortalem modum,
medioxime, ut quondam patres nostri loquebantur
- 321 non eos optume uixisse qui diutissime uixent, sed qui modestissime
[id est modice]

MVTVVM MVLI SCABVNT

περὶ χωρισμοῦ

- 322 ubi lucus opacus teneris fruticibus aptus

- 323 ut gralatores qui graduntur perticae sunt ligna, φύσει ἀκίνητα, sed ab homine eo, qui in is stat, agitantur, sic item animi nostri sunt gralae crura ac pedes nostri, φύσει ἀκίνητοι, sed ab animo mouentur
324 itaque si plures dies inter medici discessum et aduentum pollicoris interfuerunt, et id aestate, uideas
325 ut uenalem tuniculam poneret cottidie, ut †uideret † totum; denique etiam suis manibus lanea tracta ministrasset infectori

MYSTERIA

- 326 prisca, horrida
 silent oracula crepera in nemoribus
327 uulpinare modo et concursa qualubet; erras
328 licet uidere multos cotidie hieme in sole apricari
329 aes defraudasse coponem, bonam luto obleuisse, cum portitore serram
duxerat
330 init uirgo, dos a femina ut auferatur. quae mihi posteaquam ad concor-
diam dicta est
331 sed tibi fortasse alius molit et depositus
332 nascimur enim spissius quam emorimur. uix duo homines decem mensibus
edolatum unum reddunt puerum; contra una pestilentia aut hostica
acies puncto temporis inmanis aceruos facit

NESCIS QVID VESPER SERVS VEHAT

- 333 *Lepidissimus liber est M. Varronis ex satiris Menippeis, qui inscribitur Nescis quid uesper serus uehat, in quo disserit de apto conuiuarum numero deque ipsius conuiuui habitu cultuque. dicit autem conuiuarum numerum incipere oportere a Gratiarum numero et progredi ad Musarum, ut, cum paucissimi conuiuiae sunt, non pauciores sint quam tres, cum plurimi, non plures quam nouem.* nam multos, *inquit*, esse non conuenit, quod turba plerumque est turbulentia et Romae quidem stat, sedet Athenis, nusquam autem cubat. ipsum deinde conuiuium constat, *inquit*, ex rebus quattuor et tum denique omnibus suis numeris absolutum est, si belli homunculi conlecti sunt, si electus locus, si tempus lectum, si apparatus non neglectus. nec loquaces autem, *inquit*, conuiuas nec mutos legere oportet, quia eloquentia in foro et apud subsellia, silentium uero non in conuiuio, set in cubiculo esse debet. *sermones igitur id temporis habendos censem non super rebus anxiis aut tortuosis, sed iucundos atque inuitabiles et cum quadam inlecebra et uoluptate utiles, ex quibus ingenium nostrum uenustius fiat et amoenius.* quod profecto, *inquit*, eueniet, si de id genus rebus ad communem uitiae usum pertinentibus confabulemur, de quibus in foro atque in negotiis agendis loqui non est otium. dominum autem, *inquit*, conuiuui esse oportet non tam lautum quam sine sordibus, et 340 in conuiuio legi non omnia debent, sed ea potissimum, quae simul sint βιωφελῆ et delectent.

- 341 *neque non de secundis quoque mensis, cuiusmodi esse eas oporteat, praecipit.*
his enim uerbis utitur: bellaria, inquit, ea maxime sunt mellita, quae
mellita non sunt; πέμπασιν enim cum πέψει societas infida. quod Varro
hoc in loco dixit bellaria, ne quis forte in ista uoce haereat, significat id
uocabulum omne mensae secundae genus. nam quae πέμπατα Graeci aut
τραγήματα dixerunt, ea ueteres nostri bellaria appellauerunt.
- 340 in conuiuio legi nec omnia debent et ea potissimum, quae simul sint
βιωφελῆ et delectent, potius ut id quoque uideatur non defuisse quam
superfuisse

OCTOGESSION

περὶ νομισμάτων

- 342 postquam auida libido rapere ac comedere coepit
seque opificio non probiter clepere
- 343 in quo nobilis est Philippeum quod accipimus quam quod bibimus,
cum alterum addamus in bulgam, alterum in uesicam
- 344 non haec res de Venere paeta strabam facit

345 hoc erat incommodi, quod nesciebamus semel unum singulum esse
346 uiue meque ama mutuiter

OEDIPOTHYESTES

347 per idem tempus Oedipus Athenas exul uenire dicebatur, qui consolaret

ONOΣ ΛΥΡΑΣ

348 Phonascia sum, uocis suscitabulum
cantantiumque gallus gallinaceus
349 si quis †melodinist † ὄνος λύρας
praesepibus se retineat forensibus
350 quibus suam delectet ipse amusiam
et auditatem speribus lactet suis

M. TERENTIVS VARRO

- 351 quam mobilem diuum lyram sol harmoge
quadam gubernans motibus diis ueget
352 neque orthopsalticum attulit psalterium
quibus sonant in Graecia dicteria
353 ut comici †nothidi† scenatici
354 qui fabularum conlocant exordia
355 ualete et me palmulis producite
356 Pacui discipulus dicor; porro is fuit ⟨Enni⟩,
Ennius Musarum. Pompilius clueor
357 maerentis ut quietus ac demissior probandus,
Αχιλλέως ἡρωικός, ἴωνικός κιναίδον
358 equi colore dispares item nati:
hic badius, iste giluus, ille murinus

359 iurgare coepit dicens:

'quae scis, atque in uulgum uulgas artemque expromis inertem'

360 tuus autem ipse frater cibarius fuit Aristoxenus

361 nempe suis siluaticos in montibus sectaris uenabulo aut ceruos, qui tibi
mali nihil fecerunt, uerutis. a, artem paeclararam!

362 primum eam esse *φυσικήν*, quod siet *ἐμφυτος*, ut ipsa uox, basis eius

363 homines rusticos in uindemia incondita cantare, sarcinatricis in machinis

364 non uidisti simulacrum leonis ad Idam eo loco, ubi quondam subito eum
cum uidissent quadrupedem galli tympanis adeo fecerunt mansuem, ut
tractarent manibus?

365 saepe totius theatri tibiis, crebro flectendo, conmutari mentes, erigi
animos eorum

M. TERENTIVS VARRO

366 scientia doceat, quem ad modum in psalterio extendamus neruias

367 uoces Amphionem; tragoedum iubeas Amphionis agere partis; infan-
tiorem quam meus est mulio

368 et id dicunt suam Briseidem producere, quae eius neruia tractare solebat

369 si non plus testiculorum offenderis quam in castrato pecore in Apulia,
uincor non esse masculum ad rem

PAPIA PAPAE

περὶ ἐγκωμίων

370 quos calliblepharo naturali palpebrae
 tinctae uallatos mobili septo tenent

SATVRARVM MENIPPEARVM FR. 366–376

- 371 laculla in mento impressa Amoris digitulo
uestigio demonstrat mollitudinem
372 collum procerum fictum leui marmore
regillae tunicae purpura distinguitur
373 omni opstat in ministerio inuidum tabes
374 dominum conuiui, uinum, aliudue quid mi laudato
375 ante auris modo ex subolibus paruuli intorti demittebantur sex cincinni;
oculis suppaetulis nigelli pupuli quam hilaritatem significantes animi!
rictus paruissimus, ut refrenato risu roseo
376 qui potest laus uideri uera, cum mortuus saepe furacissimus ac nequissi-
mus ciuis iuxta ac Publius Africanus

M. TERENTIVS VARRO

377 si et accusator et reus erunt tenebriones, uterque utrumque uituperato
378 praetor uester eripuit mihi pecuniam. de ea questum ad annum ueniam
ad nouum magistratum, cum hic rapo umbram quoque spei deuorasset
379 ille ales gallus, qui suscitabat †aitharum† Musarum scriptores? an hic
qui gregem rabularum?
380 hoc Graecis renuntiato, ut facile intellegeres nos ab his amari. con-
murmurantur *aντοί*
381 quare resides lingulaceae, optrectatores tui, iam nunc murmurantes
dicunt: *μωμήσεται τις μᾶλλον ή μειμήσεται*
382 inperito nonnumquam concha uidetur margarita, uitrum smaragdos
383 dum uixit, promiscas ausis mei in cortibus pauit

PAPPVS AVT INDEX (?)

384 nasturicum [indige] nonne uides ideo dici quod nasum torqueat, ut
uestispicam quod uestem spiciat?

PARMENO

- 385 lepusculi timentis, hoc quadrangulum
dedit Diana rete nexile, arcyas,
uiscum fugai, lineamque conpedem
386 exeunt citi, strepunt, [exeunt] bount
387 cauo fonte uti cum inrigauit aurium anfracta in siluam uocans

M. TERENTIVS VARRO

- 388 alius caballum arbori
 ramo in humili adligatum relinquit
389 ferens
 ferream umero bipinnem securem
390 caeditur lotos < . . . >, alta frons decidit
 Palladis, platanus ramis
391 alia traps pronis in humum accidens proxumae
 frangit ramos cadens
392 alius teneram abietem solus percellit
393 cedit uelocibus iuuenis membris leuis
 nitidus oleo
394 demitis acris pectore curas cantu castaque poesi
395 pudet me tui et Musarum † agnoscerere †. piget currere et una sequi

- 396 micandum erit cum Graeco, utrum ego illius numerum an ille meum sequatur
397 † paci in † huius nascuntur pueri Rhythmus et Melus
398 poema est lexis enrythmos, id est, uerba plura modice in quandam coniecta formam; itaque etiam distichon epigrammation uocant poema.
poesis est perpetuum argumentum ex rythmis, ut Ilias Homeri et Annalis Enni. poetice est ars earum rerum
399 in quibus partibus, in argumentis Caecilius poscit palmam, in ethesin Terentius, in sermonibus Plautus

ΠΕΡΙ ΑΙΡΕΣΕΩΝ

- 400 tum contremula aquilenta aput alta
littora oreris ac nobilis omnibus reluces
401 neque in polubro mystico coquam carnes
quibus satullem corpora ac famem uentris
402 porro inde ab uno quoque compito ternae uiae oriuntur, e quibus singulae [extumae] exitum ac $\tau\acute{e}\lambda\sigma$ habent proprium. a primo compito dextimam uiam munit Epicurus

M. TERENTIVS VARRO

ΠΕΡΙ ΕΔΕΣΜΑΤΩΝ

403 *M. Varro in satura, quam περὶ ἐδεσμάτων inscripsit, lepide admodum et scite factis uersibus cenarum ciborum exquisitas delicias comprehendit.*
nam pleraque id genus, quae helleunes isti terra et mari conquirunt, exposuit inclusitque in numeros senarios. et ipsos quidem uersus, cui otium erit, in libro, quo dixi, positos legat; genera autem nominaque edulium et domicilia ciborum omnibus aliis praestantia, quae profunda ingluuies uestigauit, quae Varro obprobrans exsecutus est, haec sunt ferme, quantum nobis memoriae est: pauus e Samo, Phrygia attagena, grues Melicae, haedus ex Ambracia, pelamys Chalcedonia, muraena Tartesia, aselli Pessinuntii, ostrea Tarenti, pectunculus <...>, helops Rhodius, scari Cilices, nuces Thasiae, palma Aegyptia, glans Hiberica

404 si, quantum operae sumpsisti, ut tuus pistor bonum faceret panem, eius duodecimam philosophiae dedisses, ipse bonus iampridem esses factus. nunc illum qui norunt uolunt emere milibus centum, te qui nouit nemo centussis

ΠΕΡΙ ΕΞΑΓΩΓΗΣ

405 quemnam te esse dicam, fera qui manu corporis feruidos
fontium aperis lacus sanguinis teque uita leuas
ferreo ensi?

- 406 Andromeda uincta et proposita ceto non debuit patri suo, homini
stupidissimo, in os expuere uitam?
- 407 quaerit ibidem ab Hannibale, cur biberit medicamentum. 'quia Romanis'
inquit 'me Prusiades tradere uolebat'
- 408 non uituperamus, cum sciamus digitum praecidi oportere, si ob eam rem
gangraena non sit ad bracchium uentura
- 409 quam sympathian lumbi ad oculos haberent, quid inguinum interesset,
puerum utrum essem deuirginatum usurus an †monuce $\varrho\omega\varsigma$ ac purus
dum cogito †
- 410 quid puer rogasset et petasatus capite adnuisset. ac discedens numero
uenire ait adulescentem

ΠΕΡΙ ΚΕΠΑΥΝΟΥ

- 411 cum dixisset Vitulus, ecce tibi caldis pedibus quidam nauicularius
semustilatus inrumpit se in curiam

M. TERENTIVS VARRO

412 cognitio enim trium, fulgetrae, tonitrum, fulguris, a fulmine orta

413 testatur etiam Terentius Varro in ea satura quae inscribitur περὶ κεραυνοῦ
maiores solitos decimam Herculi uouere nec decem dies intermittere quin
pollucerent ac populum ἀσύμβολον cum corona laurea dimitterent cubitum

ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ

Liber I

414 tum uero doces historiam necessariam, semel unum singulum esse

415 in hac ciuitate agros colunt harenosos; praeter hos fluit amnis, quam
olim Albulam dicunt uocitatem

416 in hac ciuitate tum regnabat Dionysius, homo garrulus et acer

Liber II

περὶ φιλοσοφίας

417 nulla ambrosia ac nectar, non alium et sardae, sed

panis, pemma, lucuns, cibus qui purissimus multo est

- 418 et ne erraremus, ectropas esse multas; omnino tutum esse, sed spissum
iter
419 itaque uideas barbato rostro illum commentari et unumquodque uerbum
statera auraria pendere

†POSTVMI CVI SEPLASIA FETET†

- 420 appellatur a caelatura caelum, Graece ab ornatu *κόσμος*, Latine a
puritia mundus

PRANSVS PARATVS

- 421 luna spectante Adriam, se itiner longum sermone leuare
422 contra coactus ceruus latratu canum
fertur, bisulcis ungulis nitens humu

PROMETHEVS LIBER

- 423 ego infelix non queam
 uim propulsare atque inimicum Orco inmittere?
 neququam saepe aeratas manuis conpedes
 conor reuellere
- 424 tum ut **si** subernus cortex aut cacumina
 morientum in querqueto arborum aritudine
- 425 atque exsanguibus
 dolore elurescat colos
- 426 mortalis nemo exaudit, sed late incolens
 Scytharum inhospitalis campis uastitas
- 427 leuis mens umquam somnurnas imagines
 adfatur, non umbrantur somno pupulae

- 428 humanae quandam gentem stirpis concoquit, frigus calore atque umore aritudinem miscet
- 429 cum sumere coepisset, uoluptas retineret; cum sat haberet, satias manum de mensa tolleret
- 430 retrimenta cibi qua exirent per posticum, canalem feci
- 431 id ut scias, audi hoc quod falsum dicis esse, nemini oculos opus esse, si habet
- 432 Chrysosandalos locat sibi amiculam de lacte et cera Tarentina, quam apes Milesiae coegerint ex omnibus floribus libantes, sine osse et neruis, sine pelle, sine pilis, puram putam, proceram, candidam, teneram, formosam
- 433 aliae . . . nt ricinium aut mitram Melitensem
- 434 eburneis lectis et plagis sigillatis

M. TERENTIVS VARRO

435 in tenebris ac suili uiuunt; nisi non forum hara atque homines, qui nunc,
plerique sues sunt existimandi

436 aemulum illius artis atque obstrigillatorem, quae propter aliquot annos
quaesti nihil fecerit

PSEVDAENEAS

437 per
aeuitemnam hominum domum
tellurem proprio gradum

PSEVDVLVS APOLLO

περὶ θεῶν διαγνώσεως

438 cum sex pueri et puellae pariter item sex aut septem †sinuero quae
cum † coro pari uagarunt

439 quod in eius dei templo calceati introeunt; nam in oppido quae est aedes Apollinis et quae ibi ad Herculis, ut introeat, nemo se excalciatur

QVINQVATRVS

- 440 quid medico mihi est opus?
nempe tuum absintium uti
bibam grauem et castoreum
leuemque robur
- 441 hic bipensiles
forcipes, dentharpagae
- 442 quam lympha melius e lacuna fontium
adlata nido potili permisceat
- 443 cape hanc caducam Liberi mollem dapem
de fronde Bromia autumnitatis uidae
- 444 an hoc praestat Herophilus Diogeni, quod ille e uentre aquam mittit?
et hoc te iactas? at hoc pacto utilior te Tuscus aquilex

M. TERENTIVS VARRO

445 qui Tarentinum tuum ad Heraclidem Ponticon contenderet

447 tu † pleni † contra audes dicere, cum in eborato lecto ac purpureo peri-
stromate cubare uideas aegrotum et eius prius aluum quam *τῦφον*
subducere malis

448 quam in testudineo lecto culcita plumea in die dormire

SARDI VENALES

449 non te tui saltim pudet, si nihil mei reuereatur?

SERRANVS

περὶ ἀρχαιοεσιῶν

450 et petere imperium populi et contendere honores

- 451 ait consulem mihi †pelum cedere†; subsilio et hostias et extispicis
disputantis relinquo
- 452 hunc uocasset e liquida uita in curiae uestrae faecem
- 453 noster Atticus riualis, homo item lectus in curiam, cum macescebat
- 454 dormit aliis; nimirum uigilant, clamant, calent, rixant
- 455 rostrum protrudendo incesserunt
- 457 dum in agro studiosius ruror, aspicio Triptolemum sculponeatum bigas
sequi cornutas
- 458 retinet uiatorem meridie praetereuntem fontem, quod autumnitas in
anni tetrachordo *μέσην* praeterierat
- 459 occipitium †ariuo † deo ostendo, ex oraclo elimino me

M. TERENTIVS VARRO

SEQVEVLIXES

- 460 omnes irritans uentos omnesque procellas
461 ipsum auidum uini inuitaui poclis large atque benigne
462 ubi nitidi ephebi, ueste pulla candidi,
modeste amicti, *< sophia >* pascunt pectora
463 suspendit Laribus † marinas † mollis pilas,
reticula ac strophia
464 iugere uolitans miluus aquam e nubibus tortam indicat fore, ut tegillum
pastor sibi sumat

- 465 uias stelligeras aetheris explicans aere cauo sonitum †hic in
coturnis
- 466 in Thespiadum choro derepente
- 467 Pieridum comes
quae tenent cana putri gelo montium
saxa
- 468 nauibus duodecim domum profectum decem annos solidos errasse
- 469 Diogenem postea pallium solum habuisse; et habere Vlixem meram
tunicam, pilleum ideo [non] habere
- 470 quod Minerua propter stet, id significare eum propter doctrinam
- 471 aduersi uenti ceciderunt. quodsi pergunt diutius mare uoluere, uereor
ne me quoque, quom domum ab Ilio cossim uenero, praeter canem
cognoscat nemo

M. TERENTIVS VARRO

- 472 uentus buccas uehementius sufflare et calcar admouere
473 quocumque ire uellemus, obuius flare. ubi corpori aerinas conpedes
inpositas uideo
474 ubi dicuntur barbari innumerabiles lateres aureos habuisse
475 hic enim omnia erat: idem sacerdos, praetor, paracos, denique idem
senatus, idem populus [kaput]
476 ubi quod lupam alumni fellarunt olim
477 antequam militia subactus aliquot annis erat
478 in castris permansi; inde caballum reduxi ad censorem
479 itaque tum ecum mordacem, calcitronem, horridum miles acer non uita-
bat
480 nunc emunt trossuli nardo nitidi uulgo Attico talento ecum
481 qui se in ganeum accensum coniecit amicae

- 482 quid enim est quod homo masculus lubentius uidere debeat bella uxore?
483 unam enim uiam Zenona moenisse duce uirtute; hanc esse nobilem;
alteram Carneadem desubulasse, bona corporis secutum
484 alteram uiam deformasse Carneadem uirtutis [se] cupis acris aceti

SEXAGESIS

- 485 o stulta nostri pectoris dormitio
uigilabilis, quae me puellum inpuberem
cepisti
486 adest faxs inuoluta incendio
487 senibus crassis Romuli non uidimus quid fiat?
488 ergo tum Romae parce pureque pudentis
uixere. en patriam! nunc sumus in rutuba

M. TERENTIVS VARRO

- 489 neque quas †agi pennis anates, remipedas buxeirostris
pecudes, paludibus nocte nigra ad lumina lampadis
sequens
- 490 se circumspexe atque inuenisse se, cum dormire coepisset tam glaber
quam Socratis calua, esse factum ericium cum pilis albis, cum pro-
boscide
- 491 Romam regressus ibi nihil offendi quod ante annos quinquaginta, cum
primum dormire coepi, reliqui
- 492 eo ut uiaticum ex arcula adderem in bulgam
- 493 acciti sumus ut depontaremur. murmur fit ferus
- 494 uix ecfatus erat, cum more maiorum ultro casnares arripiunt, de ponte
in Tiberim deturbant
- 495 in quarum locum subierunt inquilinae inpietas, perfidia, in pudicitia

- 496 nunc quis patrem decem annorum natus non modo aufert, sed tollit,
nisi ueneno?
- 497 ubi tum comitia habebant, ibi nunc fit mercatus
- 498 quod leges iubent, non faciunt. $\delta\delta\varsigma \kappa\alpha\lambda\beta\epsilon$ feruit omnino
- 499 auidus iudex reum ducebat esse $\kappa\omega\iota\omega\bar{\nu}$ $E\varrho\mu\bar{\eta}\nu$
- 500 ut nitens pauonis collus, nihil extrinsecus sumens
- 501 tunc nuptiae uidebant ostream Lucrinam
- 502 an, si equam emisses quadripedem, ut meo asino Reatino admitteres,
quantum poposcissem dedisses equimenti?
- 503 sic canis fit e catello, sic e tritico spica
- 504 qui nobis ministrarunt pueri diebus festis cicero uiride, qui nos [prouocare]
aduocare cum audeant, nos illos reuocare timemus?
- 505 erras, inquit, Marce, accusare nos; ruminaris antiquitates

ΣΚΙΑΜΑΞΙΑ

περὶ τύφου

506 te Anna ac Peranna, Panda, te calo, Pales,
Nerienes <et> Minerua, Fortuna ac Ceres
507 postremo quaero: parebis legibus an non?
anne exlex solus uiues?

508 uinum, pemma, lucuns —
nihil adiuuat ista ministrare

509 ego, inquit, ei eam suppetias, quicum mihi nec res nec ratio est,
'dissociataque omnia ac nefantia'?

510 hoc dico: compendiaria sine ulla sollicitudine ac molestia ducundi ad eandem uoluptatem posse perueniri

SYNEPHEBVS

περὶ ἐμμονῆς

511 hic narium seplasiae, hic hedyerum Neapolis

512 hodie, si possumus quod debemus populo in foro medio luci claro deco-
 quere

513 crede mihi, plures dominos serui comedenterunt quam canes. quod si
 Actaeon occupasset et ipse prius suos canes comedisset, non nugas
 saltatoribus in theatro fieret

514 uerere ne manu non mittat, cum tot Romae mendicari honestos audias?
 semissem dare possis; mittet; quod si non mittet, fugies, si me audies.

cum tempus reuocat, ea praecox est fuga
515 quid te facere oportet litteris inbutum solis Mineruae?

ΤΑΦΗ ΜΕΝΙΠΠΟΥ

- 516** <Menippus>, ille nobilis quondam canis
 hic liquit homines omnes in terrae pila
- 517** Diogenem litteras scisse cum usioni quod satis esset, tum quod etiam
 acroasi bellorum hominum
- 518** sed ut canis sine coda
- 519** in charteo stadio epitaphion ago <agona> quo quisque certassit animo
 bellus homo, magis delectatus Stoicorum pancratio quam athletarum
- 520** quod cooperas modo in uia narrare, ut ad exodium ducas

- 521 'ubi lubet, ire licet accubitum' accepto, strenue sussilimus, quod esurigo
findebat costas
- 522 perrexit in interioris partis domuis posticae, ut ait Plautus, 'penitissimae'
523 inde putidas uuas, acinis electis et comestis, extendit in lectis quondam
524 antiqui nostri in domibus latericiis, paululum modo lapidibus suffunda-
tis, ut umorem ecfugerent, habitabant
- 525 at in segetibus post messem colligebant stramenta, qui domicilia colerent
526 ut hirundines, figuli culmis oblitis luto tegulas fingebant
- 527 nec pistorem ullum nossent nisi eum qui in pistrino pinseret far
- 528 Romani *ψαμμαχόσιοι*, non qui in urbe inter nundinum calumniarentur

M. TERENTIVS VARRO

- 529 †*Fιαπαααντοισος*† edones Romam, ut turba incendant annonam; et propter phagones ficetulam pingueum aut turdum nisi uolantem non uideo
530 aliquot Romae sunt qui cellas uinarias fructuis causa fecerunt
531 'in pauimento non audes facere lacunam'; 'at in humu calceos facis elixos'
532 sed quae necessitas te iubet aquam effundere domi tuae? si uasa habes
pertusa, plumbum non habes? ad quam rem nobis est confluuium? ad
quam rem urnarium?
533 λιθόστρωτα pauimenta et parietes incrustatos
534 περιέχοντα τριαν† mihi facies maeandrata et uinculata, atque in medio
pinges orbem terrae

- 535 non uides in publico ante tabernas, qua populus ambulando, proinde
ut in arato, porcas reddit
- 536 non uides in magnis peristylis, qui cryptas domi non habent, sabulum
iacere †a pariete aut e† xystis, ubi ambulare possint
- 537 haec Numa Pompilius fieri si uideret, sciret suorum institutorum nec
uolam nec uestigium apparere
- 538 nihil magis decere mulierem quam de muliebri ricinio pallium simplex
- 539 saltem infernus tenebrio, *κακὸς δαίμων*, atque habeat homines sollicitos
quod eum peius formidant quam fullo ululam

TESTAMENTVM

περὶ διαθηκῶν

- 540 sic ille puillus Veneris repente Adon
cecidit cruentus olim

M. TERENTIVS VARRO

541 uenio nunc ad alterum genus testamenti quod dicitur *φυσικόν*; in quo
Graeci belliores quam Romani nostri

542 e mea *φιλοφθορίᾳ* natis quos Menippea haeresis nutricata est tutores do
'qui rem Romanam Latiumque augescere uultis'

543 si quis mihi filius unus pluresue in decem mensibus gignantur, ii, si erunt
δύοι λύρας, exheredes sunto; quod si quis undecimo mense *κατὰ Αρι-*
στοτέλην natus est, Attio idem, quod Tettio, ius esto apud me

TITHONVS

περὶ γῆρως

544 qua uoluptate aeuitatis extimam attigit metam [aeuitas]

545 quam dereliquit multicupida iuuenilitas

- 546 ac mammam lactis sugentem pascere [et] pupum
547 sic inuitata matura anima corporeum corticem facile relinquit
548 risi multum, lusi modice [ambis]

TO ΕΠΙ THI ΦΑΚΗΙ MYPON

περὶ εὐκαιρίας

- 549 nec multinummus piscis, ex salo captus,
helops neque ostrea illa magna † capta †
quiuit palatum suscitare
550 tu quidem ut facias censeo, quoniam tu quoque adhuc adulescentiaris
551 legendo autem et scribendo uitam procudito

M. TERENTIVS VARRO

ΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΤΟ ΠΑΙΔΙΟΝ
περὶ παιδοποίας

552

ac liberos parare cui necesse sit?
non est merum; nec tu edepol quid simulas tuis

553 annos multos quod parere ea non poterat, mulierem foras baetere iussit

554 an, etiamsi audisset, reddere potuisset: 'mulierem tetricę [horrentis]
educatam † ad Appiam † moribus bonis'

555 quare, si diligens est ad amussim, per me licet adsumas γενεθλιακόγ

ΤΡΙΚΑΡΑΝΟΣ

556 καὶ τρεῖς οἶδε (*Pompeius Crassus Caesar*) τὸ μέγιστον ἐπὶ πᾶσι κράτος
ἔχοντες τὰς χρείας ἄλληλοις συνηράντιζον. καὶ τις αὐτῶν τήνδε τὴν
συμφροσύνην συγγραφεύς, Οὐάρων, ἐνὶ βιβλίῳ περιλαβὼν ἐπέγραψε
Τρικάρανον

ΤΡΙΟΔΙΤΗΣ ΤΡΙΠΥΛΙΟΣ

περὶ ἀρετῆς κτήσεως

- 557 nec coruscus imber, alto nubilo cadens multus,
grandine implicatus albo
- 558 illud uero quondam † meae †, ut ego non metuam fulmen; nam aruspicem
tristem † simul ac dici † non quaero
- 559 sed ut ecus, qui ad uehendum est natus, tamen hic traditur magistro, ut
equiso doceat tolutim
- 560 *Varro tamen ait se legisse Empedotimo cuidam Syracusano a quadam
potestate diuina mortalem aspectum detersum, eumque inter cetera tres
portas uidisse tresque uias: unam ad signum scorpionis, qua Hercules ad
deos isse diceretur; alteram per limitem, qui est inter leonem et cancrum;
tertiam esse inter aquarium et pisces*
- 561 priusquam in orchestra pythaules inflet tibias, domi suae ramices rumpit

M. TERENTIVS VARRO

TRIPHALLVS

περὶ ἀρρενότητος

562 ego nihil, Varro, uideo; ita hic obscurat, qui ante me est, nescio qui
longurio

563 calamistra

VINALIA

περὶ ἀφροδισίων

564 etenim sic uide: utrum mercedem accipit is, qui meas uenit segetis ut
sariat, an ego ab illo? sic ego, cum tuus sim sartor, si tu plus laboras
quam ego, do

VIRGVLA DIVINA

565 et pullos peperit fritinnientis
566 quos non lacte nouo leuata pascat
567 sed pancarpineo cibo coacto
libamenta legens caduca ueris

- 568 ad quos cum uolucris uenit putillos
usque ad limina †nidica uilis†
569 cum neque aptam mollis umeris fibulam sagus ferret
- 570 'ego nunc postulem, Agamemno, meum?' tantis coturnis accipit Critonia
caliandrum
- 571 non quaerenda est homini, qui habet uirtutem, paenula in imbr?
572 praesertim cum uentrem meum coherceam nec murmurari patiar
573 oleum in lucubrationem seruabimus quam in asparagos totam lecythum
euertamus
- 574 primum uenit in urbem atque intra muros; deinde accedit prodius atque
introit domum, id est intra priuatos muros

ΥΔΡΟΚΥΩΝ

575 non uides apud Mnesitheum scribi tria genera esse uini, nigrum, album,
medium, quod uocant *κιρρόν*, et nouum, uetus, medium? et efficere
nigrum uiris, album urinam, medium *πέψιν?* nouum refrigerare, uetus
calefacere, medium esse prandium caninum?

SATVRAE INCERTAE

456 †serapa † recte purgatum seito, quom uidebis Romae in foro ante lanienas
pueros pila expulsim ludere

576 aut frigidos nimbos aquai caduciter ruentis
pertimuerunt aquatilis querquedulae natantes

577 trisulcae fores,

pessulis liberatae, dehiscunt graues
atque innixae in tardos cardinum turbines

578 ponam bisulcam et crebrinodam arundinem

- 578b hanc festuculae
 pallio amictam uallus † mitis iacta † uentilat
 lenem ad auram crassasque aufert paleae tunicas cortices
579a uer blandum uiget aruis <et> adest hospes hirundo
579b *ubi denique Apollo diuinus, cum a piratis maritimisque praedonibus et
spoliatus ita est et incensus, ut ex tot auri ponderibus quae infinita con-
gesserant saecula ne unum quidem habuerit scripulum quod hirundinibus
hospitis, Varro ut dicit Menippeus, ostenderet?*
580 ponuntur tenues porri
581 si quid de bulbis dixi, in aquam qui Veneris ostium quaerunt, deinde ut

M. TERENTIVS VARRO

legitimis nuptiis in cena ponuntur, sed et cum nucleis pineis et cum
erucae suco et pipere

582a *et Romani stili Diogenes Varro trecentos Ioues, seu Iuppiteros dicendum
est, sine capitibus inducit*

582b *et Romanus cynicus Varro trecentos Ioues, siue Iuppiteros dicendum, sine
capitibus inducit*

583 *Stoicus? quomodo potest rotundus esse, ut ait Varro, sine capite, sine
praeputio? est aliquid in illo Stoici dei, iam uideo: nec cor nec caput habet*

584 *capite permulso*

585 *ψαμμακόσια*

586 *fulmenta lectum scandunt*

587 *† ecclesiam † in regiam arcam inpancrarunt*

588 *quid mihi somno, si dormitio tollitur?*

589 *quid mirum? ex agri depolitionibus eiciuntur, hic cenaculo inpolito
recipiuntur*

590 *'est tibi', inquit, 'si festinas, pilleum'*

591 *et tamen non demolio rostra*

SATVRARVM MENIPPEARVM FR. 581-IV

DE COMPOSITIONE SATVRARVM

pareutactae adsunt, mulier quae mulier, Venus [caput]

FRAGMENTA FALSO VEL TEMERE MENIPPEIS ADSCRIPTA

- I Gallica porta carros adcuratiusque politos
- II semoneque inferius derelicto deum depinnato orationis attollam alloquio
- III scriptulum

IV

TANAQVIL

non modo absens quicquam de te sequius cogitabit, sed etiam ruminabitur humanitatem

M. TERENTIVS VARRO

- V ⟨uinnulum⟩ sensi locum
VI *Burrae Vatroniana: fatuae ac stupidae; a fabula quadam Vatroni auctoris quam Burra inscripsit, uel a meretrice Burra*
VII huic similis ⟨ex⟩ curis expedita lamentatur
VIII *haec de quattuor coniugationibus, quae pertinent ad uerba, quae analogiae parent, quarum exempla passim perscripta et sunt nota. quae si quis conceperit animo, non facile labetur. sunt enim euidenter exposita ⟨et Lucilio⟩ et Varroni Menippeo*

IX

ΙΙΕΠΙ ΧΑΠΑΚΤΗΡΩΝ

Liber III

propius, proxime

X delitae litterae

XI ⟨abstemius⟩ est, immo scit quo rete leporem teneat lupum non teneri

XII

EPISTVLAE LATINAЕ

a

Liber I

immo, cum amicorum domus fumat, hilarisco

SATVRARVM MENIPPEARVM FR. V-XIII

b

Liber II

tuum opus nemo imitare potest

Liber incertus

c si uenisses Capuam, quod et pueros minutos uides libenter et maioris animaduertere non uis

d si te in libertatem uindicare non potes, feres fortunam

IX betacios, sed nigros, quorum detersas radices et mulso decoctas cum sale modico et oleo uel sale, aqua et oleo in se coctas, iusculum facere et potari, melius etiam si in eo pullus sit decoctus

XIV *Varro asinos rudere, canes gannire, pullos pipare dixit*

14. Mai 2014

Hinweise

| | | | |
|-----------------------------|--------|------------------|---------|
| Signatur | | | Stck. |
| 60.8° 750 | | | K1 |
| RS | Bub | AK | 18.02 |
| Titelaufn. | | AKB | M.L. IL |
| FK 1 Römi. lit. 18.2, Hr | | | |
| Bio K | Bild K | | |
| SWK | | | |
| Sonderstandort | Signum | Ausleihe-vermerk | |
| | | Präsenz-nutzung | |

